Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Fratres: Quecumque
scripta sunt ad nostram
doctrinam scripta sunt: ut
per pacienciam et consolacionem
scripturarum spem habeamus.
Deus autem pacienciae
et solacii det vobis id ipsum
sapere in alterutrum secundum
ihesum xpm: ut unanimes
uno ore honorificetis deum
et patrem domini nostri ihesu xpi.
Propter quod suscipite invicem:
sicut et xpc suscepit nos in
honorem dei. Dico enim
xpm ihesum ministrum fu-
isse circumcisionis propter
veritatem dei ad confirmanda
das promissiones patrum:
gentes autem super misericordia
honorare deum sicut scrip-
tum est. Propterea confite-
bor tibi in gentibus: et no-
mini tuo cantabo. Iterum
dicit. Letamini gentes cum
plebe eius. Iterum. Laudate
dominum omnes gentes: et
magnificate eum omnes
populi. Et rursum ysaias
ait. Erit radix yesse et qui
exurget regere gentes: in
eum gentes sperabunt. Deus
autem spei repleat vos omni
gaudio et pace in credendo:
ut habundetis in spe et
virtute spiritus sancti. Grad.
Ex syon species decoris eius
deus noster manifeste veniet. v. Con-
gregate illi sanctos eius qui